

¶ SECUNDUM ¶

euangeliū omni creaturæ. qui crediderit &
 baptizatus fuerit. saluus erit. qui uero non cre-
 diderit. condemnabitur. signa autem eos qui cre-
 diderint. hæc sequentur. In nomine meo daemo-
 nia eicient. linguis loquentur nouis. serpentes
 tollent. & si mortiferum quid biberint. non eos
 nocebit. super ægros manus inponent. & bene ha-
 bebunt. & dñs quidem ih̄s. postquam loquutus est
 eis. adsumptus est in caelum. & sedit adextris dī.
 Illi autem profecti prædicauerunt ubique.

dño cooperante & sermonem
 confirmanste. sequentibus
 signis.

EXPLICIT

EUANGELIUM

SECUNDUM

MARCUM

NI